



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Lovanii In D. Michaelis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

## LOVANII IN D. MICHAELIS.

D. S.

PETRO PECKIO Regio in magno Senatu Belg.  
Consiliario & supp. libell. Mag. Ziriceæ nato, Ma-  
chliniæ A.D. xvii. Kal. Aug. CIC. IO. LXXXIX. de-  
nato Louanij, ubi multis ann. Ius enarrarat, apud  
suos deposito, inque hoc inque illo munere publi-  
cè bene mer. scriptis claro. Pietatis colentiss. om-  
nibus bonis amico, Cleri studiosiss.

CATHARINA GILLIS Vid. &amp; lib. poss.

Vixit ann. LXI. D. I.

Bene quiescat in Christo Iesu.

## IN ABBATIA VILLARIENSI.

EPITAPHIVM B. ARNVLPHI CORNIBOV-  
tij Bruxellensis, monachi Villariensis, Obiit  
an. M. CCXXVIII. prid. Kal. Iulij.

Pausat in hac tumba vir simplici atque columba,  
Qui leo virtute, iubilis similatur alauda,  
Qui turtur gemitu, visu simul atque volatu  
Par aquile, Salamandra nouo qui vixit in igne.  
Vis breuius iusti laudes in fine probare?  
Nunc canit de la sol, qui quandam fleuit in Are.

## CONVIVIL PVTEAÑICI LEX.

QVISQVIS ES, siue Solis, siue cum VMBRA,  
Audi, & Obaudi

GENIVS sum loci, &amp; hic impero.

K. I.

PRANSVRVS ante XI. ne venito.

Post XII. ne maneto:

COENATVRVS, ante VII. ne venito;

Post IIX. ne maneto.

VV

PRAM-

PRANDI heic tempus VNIVS horæ;

Et COENAE, VNIVS.

Si quis præuorterit, SCILICET, mensa vacua;

Si quis remanserit, ILICET, mensa sublata.

K. II.

FAMILIARIVM tamen si quis adsis etiam alteram horam indulgeo.

Sed SERMONI, non PRANDIO, aut COENAE.

SERMO GENIALIS esto, non tetricus, morosus, aut rixosus.

Cum SALE, IOCO, RISU,  
Quos MUSA, & HONESTAS ament.

K. III.

SATVRIO ne accesseris.

ESVRCIO ne recesseris.

Mensam SINE ARTE vides; FRVERE;

Sed sine TVBVR CINATIONE.

K. IV.

Et LIBERI leporem vides; POSCE atque FRVERE.

Sed cum cautione.

TREIS Crateras haurias:

Primam SITIS caussa;

Secundam sis HILARITATIS,

Tertiam sodes VOLVPTATIS.

K. V.

LAETVS esto, SOBRIVS esto,

BONAE MENTIS memor,

ANGERONAE memor.

K. VI.

Si quis dicta & edicta mea spreuerit,

AEGRA MENTE, & VALETUDINE multator.

HISPA-